

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Resurrectio b
cum fonte primo

Surrexit Christus,
exultet uniuersus mundus. Par etenim est
ut sicut omnis creatura luctiuago doluit
ploratu in morte creatoris sui,

et que funere e noctis obscuro
prosecuta est exequias in cruce
morientis, nunc triumphalem ab inferis
reditum leta suscipiat resurgentis.

Augustinus in quodam sermone de
pascha.

Resurrexit hodie Christus,
exultet omnis mundus. Par enim est,
ut sicut omnis creatura luctivaga doluit
ploratu in morte creatoris sui,
sic gaudeat in resurrectione domini sui;
et quae funerea noctis obscuro
prosecuta est exequias in cruce
morientis, nunc triumphalem ab inferis
reditum laeta suscipiat resurgentis.

Augustinus Hipponensis (?), *Sermones*,
93, 1 (PNB 1, A. Mai ed., pp.178-9).